

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster  
79**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput V.

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](#)

morimur, in illō bene' nobis erit, si nos unitalem Ec-  
 clesię catholicę retinentes, pīi alq's humiles sumus.  
 Erigant animum tuum verissima hæc verba Domini  
 Iesu, qui credit, inquit, in me, etiam si mortuus fuerit,  
 vivet: et omnis qui vivit et credit in me non morietur  
 in aeternum. Non libi videatur durum corporaliter mori,  
 cum ipse Christus mortem carnis subierit. Ille praecor-  
 sit, et veluti viam stravit, commodamq's reddidit, ne de-  
 pigeret sequi: illius igitur mors mortem quam sole-  
 tur. Precedet eum, ut <sup>hac suā</sup> preiosissimā morte quam undi-  
 quę congregat, muniaq; sanctificet, et sibi gradam reddat.  
 Corpus istud corruptibile, quod relinquis, velut amarus  
 cortex nucis, aut vile, ac torpidum animæ vestimentum  
 modo est. Quid ad te, si compautescas, si incinerem-  
 es savillam redigatur, ubi illud deposueris? Securus exue-  
 veris, quam Deus tuus aliquando restituere libi inde-  
 gram, fulgidam, alq's incorruptibilem.

### Caput V.

#### Incitamenta quædam specialia ad expelendam mortem.

Mors a quolibet christiano multis ex rationibus de-  
 sideranda est.

Quia a peccatis liberalis, unde Salomon ait: raptus  
 est, ne malitia mularet intellectum eius, placita-  
 erat Deo anima illius, propter hoc properavit ducere  
 illum de medio iniquitatum. Mors ergo ista inquit  
 S. Ambrosius, magis peccati fuga, quam morientis  
 est detrimentum. Cur igitur tantopere vitam istam  
 desideramus, in qua <sup>quanto</sup> diutius quis fuerit, tanto  
 maiori oneratur sarcina peccatorum; nullus enim dies

Sine Dei offensione, et conscientiae nostrae lesionone nobis  
praeterit.

II Quia est portus molestiae ac periculosa navigationis, seu  
ut ait Sanctus Chrysostomus. est somnus, translatione  
quies, et tranquillus portus, nec non ~~periculosa~~ liber  
~~portus~~ vita curis liberatio, atque omnium misericarum effu-  
gium, hinc idiota ait: homo moriturus non magis contrist-  
ari, acconquiri debet, quam navigans si ad portum, ad quem  
navigabat, citius quam credit, pervenit, est enim mors  
portus, ad quem continuo navigamus, et ideo, si casus for-  
tuitus subito, et insperato ad illum portum perducit,  
dolere non debet homo, sed potius gaudere.

III Quia imunitatem a multis periculis, et tentationi-  
bus praesertim, quondam enim in hoc mundo vivimus  
ne tribulatione, et tentatione esse non possumus: est  
haec vita plena laqueis tribulationum, unde una ten-  
tatione seu tribulatione recedente alia supervenit, et  
ita perpetuo inter tentationum laqueos versamur, so-  
la vero mors est, qua hos laqueos disrumpit, et finem  
malis nostris imponit.

IV Quia est quies a laboribus, uti notavit S. Ambrosius  
dicens: sapiens quisque intelligit, quod haec <sup>vita</sup> homini non  
ad quietem data sit, sed ad laborem, hoc est, ut hic la-  
boret, et impoterum quiescat, sic autem requies nat-  
ura; tantum enim malis repleta haec vita est, ut compa-  
ratione eius mors remedium paretur esse non pena;  
nam ideo brevem etiam vitam Deus fecit, ut molestia  
eius temporis exiguae cito finirentur; hinc Terulli-  
anus, ~~non timendum est~~, inquit, ~~quod non liberat ab eis~~  
timendo: longum Deus admittit dormientium hominum,

cum vitam ei concedit brevem. Quod etiam Henricus de hysia confirmans ait: o homo, quid est tuum vivere hic, quam diuturnis ærumnis, et tadiis in mortem ire, quid tibi de hac vita, quam intrasti cum dolore, contrivisti cum labore, exhibiscum tremore.

V. Quia mors aperit viam ad patriam, et amicos, ut Cyprianus indicavit, dum dixit: quid non prospersamus, et currimus, ut patriam nostram videre, et parentes salutare possimus, ad horum autem aspectum et complexum venire, quanta et illis et nobis in commune latitia est? Rursus idem ait: quis peregrini constitutus non prosparet in patriam regredi? quis non ad suos navigare festinans ventum prosperum cupidius optaret, ut velociter charos licet amplecti?

VI. Quia ad meliorem vitam est transitus; transitus inquam a corruptione ad incorruptionem, a mortalitate ad immortalitatem, a perturbatione ad tranquillitatem. Unde quando ad mortis adventum trepidamus, non mortis hoc est vitium, sed nostra infirmitas, qui voluptate corporis, et delectatione vitae capimur, et cursum hunc consummare trepidamus, in quo plus tam amaritudinis, quam voluptatis est.

VII. Quia mors est debitum omnibus solendum, alioquin adeo stultum est, metuere, quod vitari nequit. Fiat igitur voluntarium, inquit s. Chrysostomus, quod fructum erit necessarium, offeramus Deo pro munere, quod pro debito tenemur reddere. Christus Dominus, Beatisima Virgo Maria, omnes Apostoli, et alijs S. Margires, Confessores, et Virgines iam li-

L:

center mortui sunt, et tu morlem velut monstrum quod  
dam formidas, cum potius eam tanquam amabilem  
fratrem intueri, et amplecti debeas.

VIII. Quia mors est exitus animæ ē carcere huius cor-  
poris, et liberatio ab exilio patriæ celestis. Quis autem  
ab exilio revocari, aut ē carcere, in quo summaspas-  
sus est molestias, liberari non desideret. Mors igitur  
non tantum non metuenda est, sed potius tota ani-  
mo desideranda, ut Sapiens advertit s. Ambrosius  
in Luc. b. 9.

### Caput VI. Mortem desiderandam esse exemplis demonstratur.

S. Paulus ipse de se scribit: coacter ē duobus de-  
tiderium habeo dissolvi, et esse cum Christo. hinc et  
alibi exclamat: infelix ego homo, quis me liberabit  
de corpore mortis huius? S. Cyprianus auditamor-  
tis sententia dixit: Deo gratias, qui me à vinculis  
huius corporis dignatur absolvere. Pia quadam  
Matrona subito fædissimâ leprâ correpta, cum alios  
sortem ipsius deplorantes audiret, in risum effusa  
aliis causam risus querentibus dixit: Si quis in car-  
cere detineretur ea conditione, ut non eriperet undonec  
muri carceris undiqs corruiissent, nomine si videret mu-  
ros ad ruinam inclinatos, imo paulatim iam corruentes,  
gauderet potius quam fleret: quare, cum anima inu-  
corpore velut carcere sit constricta, meritis gaudere de-  
bet. Si corporis parietes concedere, et dissolvi, mortemq;  
fores carceris effringere videt.

S. Gregorius Nanzianzenus apiduo clamabat ad  
Deum: Domine solve hanc tunicam adeo mihi gra-